

## Quæstio Tertia

est alicuius finite virtutis ergo intelligere infinita est infinite virtutis. Si ergo aliquis intellectus posset intelligere omnes partes proportionabiles videtur quod sit infinite virtutis sed hoc dictum est supra.

**C**irca ista dubitat. An quando intellectus intelligit voluntatem et obiectum voluntatis hoc sit per unam speciem quod dubium est an actus voluntatis cognoscatur per speciem voluntatis quod non quia omnis species causatur a fantasmatate. Hodo nullum quod spissale non fantasmatum de actu voluntatis cadit sub obiecto fantasmatum. Forte dicas quod actus voluntatis cognoscitur per speciem obiecti actus voluntatis. Cetera ex hoc parte habeo quod habeo speciem lapidis non possum cognoscere me habuisse velle ergo per speciem istius obiecti non cognoscitur actus voluntatis. Secundo dubitat. An malum et bonum cognoscantur simul sive per unam speciem. Ceterum deinde quod malum cognoscitur per bonum vel appositorum eadem est disciplina unde per grammaticam cognoscitur congruitas et incongruitas. Sed contra auditus percipit silentium et non per sonum ergo priuatio cognoscitur sine habitu. An patet de auditu filius qui nunquam audiuit sonum. Item aliquis potest scire quod odire deum est malum non cogitando an diligere sit bonum.

**C**ertio dubitatur an non ens intelligatur per aliam speciem hic primo deinde quod non ens potest intelligi quia de non esse formatur propositio dicendo quod non ens opponitur enti sed de modo intelligendi non ens dicitur quod non ens intelligitur per speciem entis quod species entis primo ducit in cognitionem entis et continuatur intellectio eius aliquo tempore donec ista species per imperium voluntatis ducit in cognitionem non entis et tunc cessat actualis cognitionis entis et sic species entis per imperium voluntatis determinatur ad causandum cognitionem actuali de non ente.

Sed contra imperium voluntatis dicit actum voluntatis qui semper presupponit cognitionem quod voluntas non fertur in incognitum ergo intellectus prius intelligit non ens quod voluntas appetat ipsum cognoscere. Forte dicas quod non sequitur quia aliquis in hac vita potest appetere cognitionem propriam et distinctam de deo licet forte male appetat et tamen non oportet quod istum appetitum procedat cognitionis propria et distincta de deo sed hoc nichil est unde talis apprehendit hoc complexus deus distincte cognoscibilis. Alii dicunt quod non ens intelligitur intelligendo quod una res non est alia unde intelligo chimeram esse non esse per quanto scio ea non esse substantiam nec esse substantiam nec accidens. Sed contra quod ad hunc dubium est a quo elicetur intellectus ista non entis sive conceptus predicatur. Si dicas quod a specie entis cetera ab eadem specie non producunt intellectus differentes specie natura altera. sed intellectus entis et intellectus entis differunt speciem. Ita species agit naturaliter ergo eadem species semper producit intellectus entis secluso imperio voluntatis quod nichil facit ut probatum est. Forte dicas quod intellectus non entis producitur virtute intellectus agentis. Contra intellectus agens pure naturaliter agit et non loquitur hic de non ente secundum quid sicut est materia sed de non ente simpliter.

**C**uarto dubitatur an intellectus possibilis intelligatur et alia simul per eandem speciem. Et utrumquod non intelligatur se quia sensus non potest sentire se nec actum proprium. Forte dicas quod hoc est falsum quod supra dictum est ex s. t. quod fantasmatum et ymaginationis visio terminatur ad ymaginationem. Hec autem ymago vel species in absentia obiecti non est nisi in fantasmatum quod sensus co-

## Articulus Secundus

muni non conseruat speciem. Contra nullum materialiter reflectitur supra se ergo nullus sensus cognoscit actum suum. Ita si intellectus intelligenteret se tunc idem esset in actu et in potentia quia intelligere est quidam actus et intellectus est potentia intelligens. Item illud quod intelligitur mouet intellectum sed intellectus non potest mouere seipsum. Item si intelligat se ipsum queritur quomodo vel enim hoc est per seipsum. Et hoc non quia intellectus et intellectus realiter differunt sicut actus et potentia ergo impossibile est quod aliqua res intelligat se ipsam. Si dicatur quod intelligit se per speciem sui obiecti. Tunc quero quomodo species lapidis naturaliter causat cognitionem ipsius intellectus. Et potest hic argui eodem modo sicut supradictum est de non ente et quod ratione speciem obiecti intellectus cognoscatur se intuitus sicut per illam speciem cognoscatur obiectum intuitum. Quarto dubitatur an intellectus possit si intelligere intellectum agere et intellectum possibiliter. Et ad secundum hoc opus videtur cognoscatur per eadem speciem vel per diuersas et suppono quod intellectus possibilis aliquod cognoscit intellectum agere quod est immalis genere intelligibilis et est prefectior intellectu possibili genere intellectus possibilis inclinatur ad cognoscendum ipsum. Sed tunc quod an intellectus possibilis eadem intellectione intelligatur se et intellectum agere et utrumque sic quod non est intellectus ager separata possibili sed hoc utrum contra experientiam quod multi aliqui cogitare de intellectu possibili nichil cogitando de intellectu agente.

**C**ad primum dubium deinde quod cognoscimus actum voluntatis per speciem obiecti vel per aliquam speciem quam formamus virtute intellectus agentis. Quidam dicunt quod voluntas potest causare speciem sicut actus in intellectu quia mouet omnes potentias ad exercitium actus.

**C**ad secundum dubium dictum est supra.

**C**ad tertium. videtur alicuius quod non ens simpliciter non potest intelligi quod omne quod intelligitur est aliquo modo ens quod uniusquodcumque intelligitur secundum quod est in actu. Sed contra. hec est vera non ens est non esse ex. 4. metha. Dico ergo sicut supra dictum est de specie et perceptu fictio motus aurei. Ita dicendum est de non ente.

**C**ad quartum. dubium dictum est in articulo precedente scilicet quod intellectus intelligit se per speciem obiecti. Nec est simile de sensu qui est virtus corporeas. Deinde deinde quod id est in actu et in potentia secundum diuersa sicut quod animal mouet se.

**C**ad quintum. dubium deinde quod intellectus possibilis intelligit agentem per discursum et rationem probabilem ut supra patuit. Nec opus est per eadem intellectione per intelligatur se et omne quod sibi coniungitur. Dico tamen finaliter quod cum ad istum articulum quod omnia quod possunt intelligi per unam speciem directe possunt simul cognoscere non autem illa que cognoscuntur per diuersas species. Si queratur que sunt illa que cognoscuntur per unam speciem distinctorum. Dicendum quod visus per unam speciem cognoscit albedinem et medietatem eius et magnitudinem et figuram et motum et intellectus per unam speciem intelligit in dividua unius speciei ita quod sortes in intellectu non cognoscuntur per propriam speciem sed per speciem hominis ut supradictum est quod non est intellectus directe. Si dicatur Tunc distinctorum possunt cognoscere hanc particularem futurum quem non est prius cognovit per speciem hanc. Dicendum quod non est species hanc non sufficit sine fantasmatum illius.

**C**ontra hec arguitur. Probando quod sit possibile